



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opera**

Sancti Agobardi Archiepiscopi Lvgdvnensis Opervm ...

**Agobardus <Lugdunensis>**

**Parisiis, 1666**

Ad Opvscvla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14657**

IO S T E P H A N I B A L V Z I I

mum in Altovillarensi monasterio retrudi iuslus est , ut docet Hincmarus . Habita autem fuit Carisiacensis illa synodus anno D C C C X L I X . ut patet ex Annalibus Bertinianis .

M E T R O P O L I T A N O T V O ] Hincmaro Archiepiscopo Remensi . Hujus autem epistolæ Amulonis ad Hincmarum responsio extabat adhuc ævo Flodoardi . Nam valde probabile est epistolam Hincmari ad Amulonem , de Gothescalco , responsoriam fuisse . Ille ergo meminit Flodoardus lib . I I I . Hist . Rem . cap . x x i . recensens epistolas Hincmari . *De Gothescalci vita uel conversatione , prædicatione , deprehensione , atque condemnatione . rei veritatem exponens .*

R H A B A N I C O S ] à Rhabano nimirum Moguntiensi Archiepiscopo , viro eruditissimo , qui primus Gothescalcum damnavit , & ad Hincmarum misit . Hinc illæ lacrymæ .

C O N C I L I U M V E N E R A B I L E ] Arausicanum videlicet secundum , quod anno D X X I X . habitum est , non temporibus Papæ Leonis , aut Agapiti . sed sub Felice I V . Huic autem synodo præfuit Cæsarius Episcopus Arelatensis .

---

A D O P V S C V L A .

Q Vanquam non satis constabat hæc opuscula esse Amulonis , tamen ea disjungere noluimus ab Amulone . Revera autem primum hoc opusculum est , non Amulonis , sed Flori Lugdunensis ; ut rectè observatum est à clarissimo Præside Mauguino . An verò secundum sit tantum pars epistolæ ad Gothescalcum , ut existimat idem vir clarissimus , aliis discutiendum relinquo . Certè , ut Sirmondus monuit , primum opusculum in veteri codice antecedit epistolam Amulonis ad Gothescalcum , alterum verò subseqñitur absque titulo . quod adjuvat conjecturam clarissimi Præsidis .

